

Cupiditas af  
cum fonte primo

Nullum habet maius malum cupiditas  
quam quod ingrata est.  
Nemo  
quos uincit sed a quibus uincatur aspicit;  
et illis non tam iocundum est multos uidere post se  
quam graue aliquem ante se.  
Habet hoc uicium omnis ambicio, non respicit.  
Nec ambicio tantum instabilis est;  
uerum cupiditas omnis incipit semper a fine.

Seneca LXXIII. epistola.

Quisquis autem de accipiendo cogitat  
oblitus accepti est,  
nec ullum habet malum cupiditas maius  
quam quod ingrata est.  
Adice nunc quod nemo eorum qui in re publica  
versantur quot vincat, sed a quibus vincatur, aspicit;  
et illis non tam iocundum est multos post se videre  
quam grave aliquem ante se.  
Habet hoc vitium omnis ambitio: non respicit.  
Nec ambitio tantum instabilis est,  
uerum cupiditas omnis, quia incipit semper a fine.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae  
morales*, 73.2-3 (L. Reynolds ed., vol.1, p.221, ll.10-  
17).